



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Vita Caesarii Ex His Dialogorvm Libris Collecta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

VITA CAESARII EX  
HIS DIALOGORVM LI-  
BRIS COLLECTA.



COLONIAE Agrippinae, si non na-  
tus, quod tamen probabile est,  
certè a puero in scholis educatus  
fuit, & quidem in ludo literario  
(A) ecclesiae Collegiatae S. Andreae  
Apostoli: ubi cum puer literis im-  
bueretur, & in grauem incidisset  
infirmi- tatem, diuinitus curatus

(A) lib. 6.  
cap. 4.

est hac (B) ratione: Matertera Caesarij puellam paga-  
nam decem annorum suo aere emerat, quae dum sacro  
baptismi lauacro regeneratur, piorum hominum co-  
hortatione, Caesarij mater infirmum filiolum linteo  
adhuc madido, quo puella tecta baptisterium egressa  
fuerat, inuoluit, & simul atque sacra aqua infirmum  
attigit, erumpente sudore conualuit. Anno Domini  
Millesimo centesimo octogesimo octauo, à Clemen-  
te III. Pontifice Maximo. Imperante Friderico I. in  
Germaniam missus fuit Henricus Cardinalis, Episco-  
pus Albanensis ordinis Cisterciensis, ad praedican-  
dam crucem contra Saracenos, quem se puerum in  
Ecclesia S. Petri Coloniae concionantem audiuisse  
(C) testatur. Quo tempore autem Rex Philippus cum  
Orthone de imperio certans primò vastauit ditio-  
nem Coloniensem, contigit Caesarium ex monte S. Wal-  
burgis (monasterio ordinis Cisterciensis, olim monia-  
lium, nunc monachorum: quod trium circiter hora-  
rum itinere distat Colonia prope Bruelam) Colo-  
niam proficisci cum D. Geuardo secundo Abbate mo-  
nasterij eiusdem ordinis vallis S. Petri Heisterbacensis:  
quod ex opposito ciuitatis Bommensis, non ita longè  
à Rheno situm, inchoatum fuit circa annum Domini  
Millesimum centesimum decimum Octauum, autore  
(D) Philippo Archiepiscopo Colonien- si in monte pri-  
mò Strombergh; verum quarto post anno constitu-  
tum

(B) li. 10.  
cap. 44.

(C) lib. 4.  
cap. 79.

(D) lib. 4.  
cap. 64.

\*\* 2

tum

VITA AVCTORIS.

- (E) *l. 1. ca* tum in ipsa valle, deducta (E) eò Colonia religiosorū  
 1. ex monasterio Hemmenrode diocœsis Treurenſis. In hac profectio-  
 ne dictus Abbas Gerardus Cæsarium hortatus est, vt seculo valedicens, eiusdem ordinis re-  
 gulam in suo Heisterbacensi monasterio profiteretur: ad quod faciendum vt eum induceret, narrauit insi-  
 gnam illam visionem in Claraualle diuinitus circa fratres laborantes ostensam, cuius etiam in his libris  
 (F) *l. 1. c.* (F) mentionem facit; qua cohortatione permotus, pro-  
 17. misit Abbati, se, si quando diuinitus ad mutandum vitæ genus incitaretur, non ad aliud, quàm ipsius mo-  
 nasterium venturum. Remorabatur illum eo tempo-  
 re maximè votum peregrinationis ad S. Mariam Ru-  
 pis Saluatoris, quo trium mensium spatio (G) comple-  
 (G) *ibidē* to, nullo amicorum suorum conscio, Diuina gratia impellente, seculo renunci-  
 ans, ad Heisterbacense monasterium venit. Incidit autem hæc eius conuersio &  
 (H) *lib. 2.* monastici habitus ac instituti susceptio in annum (H)  
*cap. 10.* Domini millesimum centesimum nonagesimum non-  
 num, Fuisse autem eo tempore virum, non tantū piū ac religiosum, sed etiam prudentem & doctum, inde  
 facile colligere est: quòd cum ad idem monasterium eodem tempore venisset conuersionis causa. D. Go-  
 defridus Scholasticus collegij canonicorū S. Andreæ Colonia, vir decrepitæ ætatis, & anno probationis  
 primo varijs grauibusq; tentationib<sup>9</sup> agitatus, multū  
 (I) *lib. 4.* fluctuaret, a (I) Cæsario, itidem tunc nouitio, pruden-  
*cap. 49.* tissimè directus, & vt in proposito suscepto persiste-  
 ret, confirmatus fuerit. Perseuerauit Cæsarius in ordi-  
 ne, & in fratrum institutione vtilem operam posuit: pro quibus homilias morales de infantia Saluatoris,  
 quarum non semel in hoc opere mentionem facit, scripsit: in quorū etiam potissimū gratiā, hos dialo-  
 (K) *lib. 5.* gorum libros cōscripsit tempore (K) Honorij III, An-  
*cap. 21.* no Domini (L) Millesimo ducentesimo vigesimo secū-  
 (L) *lib. 10* do, qui (M) fuit Cæsario annus vicesimus secundus à  
*cap. 48.* suscepto habitu & regula monastica professionis.  
 (M) *lib. 2*  
*cap. 10.*

VITA